



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. De aliis nonnullis effectibus sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. II.

De aliis nonnullis effectibus sententiae.

Plures sunt etiam alii effectus sententiae definitivae. Et primò quidem, quod per illam seu controversia finitur argu. c. lurgantium 2. b. t. saltem quo ad instantiam judicij, cum Iudex sententia definitiva latè fundatus sit suo officio, & quod hanc causam Iudex esse definit; quamvis eodem die, quo tulit sententiam, supplicere adhuc possit, quæ ad causam consequentia spectant, ut si omisit condemnare ad expensas litis, vel ad fructus restituendos &c. Imò si ordinarius Iudex est, non tantum declarare postmodum potest, sententiam à se latam nullam esse, sed deno causam talen ex integro resumere potest, quia nullam sententiam ferendo non censetur suo officio funditus.

Secundus latæ sententiae definitivæ effectus dici potest, quod ea à superiore, si recte & justè latæ sit, sit confirmanda, prout sumitur ex c. ea qua 4. b. t. si nimis confirmationis talis à superiore postulata fuit ad majus scilicet latæ sententie robur.

Tertius effectus dici potest, quod nullum sit rescriptum contra sententiam prius latam imperatum, si hujus non fiat mentio, & consequenter etiam collatio v. g. beneficiorum, si facta fuit vi talis rescripti, nulla erit, prout sumitur ex c. Cum olim 12. b. t. verisimile enim est, quod papa v. g. tale rescriptum concessurus non fuisset, contra sententiam aut pronuntiationem prius à se factam, cùm

nemo in dubio presumatur proprium factum impugnare, sed potius presumatur circumventus, ita ut nec motus proprius presumptionem hanc, quæ juris & de jure est, corrigat.

Quartus effectus sententiae definitivæ dici potest, quod interdum irrogat infamiam Reo condemnato, qualiter in L. Athletas §. ult. ff. de his, qui nota, infra statuit de condemnatis in causa injuria rum, sive civiliter sive criminaliter de injuria agatur.

Quintus denique effectus sententiae definitivæ dici potest, quod ex sententiâ pro Actore latâ competat ei actio in factum, ad praestandum id, in quo Reus condemnatus est: quæ actio sicuti hæreditibus etiam actoris datur, ita etiam contra hæredes Rei datur. Reo autem absoluto per sententiam datur exceptio rei judicatae contra Actorem, ejusque hæreditem.

§. III.

Per quem, & quo tempore, modo, ac ordine, executio sententia facienda sit?

Executione sententiae fieri debet ab eo Iudice, qui eam tulit, si quidem sit ille ordinarius, L. à Divo Pio. 15. junct. Gloss. V. à se ff. de re judicata aut Papæ delegatus. c. In litteris 9. junct. Gloss. in calu & c. Pastoralis. 28. de offic. Iud. aleg. ita ut, si interpolatâ appellatione Iudex appellationis prius latam sententiam confinet, quam tulit Iudex à quo, ad hunc remittere debeat partes pro executione, ut iudicium, ubi latum est, ibi etiam perficiatur, ad meliorem Reipublicæ & talium negotiorum ordinem. Et quamvis multi